

Questio Tertia.

cū hoc mouetur ab angelo sequitur q̄ q̄libet orbis habet duos motores s. animā et angelum quē phil. vocant intelligentiā vt dicit aut. Forte dicis q̄ se cū rei veritatē celū non est animatū vt alias ostē detur. Sed hoc nihil est quia querimus de opinto ne phi. Et si quis velit dicere q̄ fini phi. celū non est animatū per animā sed p̄ intelligentiā assistentem. vt dicit. S. T. i. parte. q. lxx. ar. iii. Tunc responde retur ad argumentū q̄ illa intelligentia est ipse deus libere mouens. vt supra dictum est / et ideo nō oportet q̄ moueat in nō tpe. Et ad aliud diceretur q̄ celū habet duos motores nō tñ realiter distinctos p̄ q̄to ille motor est finis et efficiēs motus sui celivel hoc intelligitur de motu celoz inferiorum ad quos concurrit deus et specialis intelligentia.

Et per hoc patet ad cetera argumenea. Sextum vero soluitur ex precedentibus articulis.

Ad septimū hoc verū est de agente naturali si dicat si phi. cognovit aliū modū p̄ductiōis s. p̄ creationē ab eterno q̄re i hoc. viii. phi. de hoc nullā facit mētionē. Ad hoc dictū est i principio octauī cū q̄rit an deus sit agēs vel principiū actiū. disputatio est de noīe. Nec incōuenit motū celi esse naturalē et volūta riū respectu diuersorū s. respectu sui et intelligentie. **A**d octauū dicis q̄ cōiunctio p̄ modū motoris nō est potentialis. Nec incōuenit deū esse in magnitudine per operationē et nō subiective. De his pl̄ videbitur inquirēdo alias an celū sit aīatū. Auerroysdicit q̄ hec est maxima dubitationū nec determinata fuit nisi cū grandi labore et in tempore vite sue non modice. Helyas hebreus cretensis magna digressionem facit de primo motore celi.

A Quintū sic pceditur videtur q̄ deū eē non possit demonstrari q̄r hoc ē articul⁹ fidei et demonstratio fit p̄ cām. Forte dicas q̄ demonstratur a posteriori p̄ effectū. Cōtra nullus effect⁹ est deo proportionatus ergo ex nullo effectu evidenter cognoscit deū esse. Item impossibile est q̄ effectus demonstraret causam eē nisi cognoscatur q̄ talis effectus sit a tali causa vnde relatiua sunt simul naturali intelligentia sed nichil potest esse causa nisi sit ergo prius est quo ad nos causam esse q̄ effectum esse. Sed cōtra est phi. hic et. r. i. metaphysice.

Respōdeo dicendū secundū. S. T. i. parte. q. ii. ar. iii. v. vijs pbatur deum esse sed manifestor est ex parte motus. Aliquid ei mouetur et impossibile est q̄ moueat seipsum ergo mouet ab alio et nō est procedere in infinitū q̄r mouens secundū non mouet nisi p̄supposito primo vt baculus nō mouet nisi mouetur a manu ergo necesse ē deuenire ad aliquā primū mouens quod a nullo mouet et hoc oēs intelligūt deum. Secundo aliqua res fit et non a se ergo ab alio et non proceditur in infinitū ergo idē q̄ prius minor p̄z q̄r si pcedatur in infinitū seq̄tur q̄r nō dat causa media. Tertio vel aliquid est necessariū non h̄is cām sue necessitatis vel omnia sunt possibilia. I. contingentia vel habentia cām necessitatis. Si primū habetur intentū. Si secundū ergo omnia aliquā nō sunt. Et tunc querit a quo postea incepserūt esse. Si fini cū nō procedat in infinitū q̄r vbi est ordo ibi ē primū sequit⁹ q̄r est deuenire ad p̄mū ens. **Q**uarto una res ē perfectior altera. Sed magis et minus dicuntur per accessū ad summum. Summum autem quod est maxime tale est causa omnium aliorum que sunt illius generis ergo ē deuenire ad primam causam a qua omnia alia causantur.

Articulus Quintus.

Quinto res naturales diriguntur ab aliquo cognoscente in finē quia q̄ lapis descendat nō est a casu. Sed illud vniuersale cognoscens est deus igit. Sed nonne deo secluso descensus lapidis esset itē; tus a sua natura si sic ergo non esset a casu dicit q̄ non. Haec rationes fortificat. S. T. pulchre li. i. cōtra genti. c. xiiij. Quidam dixerunt q̄ deum esse est per se notum. Et ideo non potest demonstrari sed hoc ibidem reprobat licet enim sit per se notum secundum se non tamen quo ad nos. Prima autem ratio habetur ex phō. viij. 2. viii. phisico. ergo philosphus demonstravit deum esse.

Contra hec ar. phūs in isto. viii. procedit ex falsis ergo non demonstrat. H̄is patet q̄r supponit mūdi eternitatem. Item procedit ex cōtingētibus quia procedit ex motu. Sed motū esse est contingēs. Itē presupponit q̄ non procedatur in infinitū. Hoc autem est falsum vt patet de generationib⁹ infinitis secundū phīn. Quilibet em̄ homo fuit p̄ se genitus ab alio homine. Et ita posset dici q̄ de nulla est causa prima eterna. Sed prima causa que nūc est fuit ab alia et sic in infinitum procedendo. Item in infinitis causa potest quis successiue habere infinitos fines quidam ad precedens dicunt q̄r pater non est causa per se platonis et ideo non proceditur in infinitum in causis essentialibus sed nichil est p̄z scđo phisic.

Secundo arguitur ad idē in partibus p̄portionib⁹ continui pceditur in infinitum vnde totū essentialiter dependet a sua medietate. Et iterum illa medietas a sua medietate et sic in infinitum. Et ita posset dici de mouentibus. Forte dicas q̄ non quia vel omnia mouētia sunt mota vel aliquod est immobile. Si scđm habetur intentū. Si primū queritur a quo sunt mota et non pot̄ dari nisi a priori mente. Contra hec vltima q̄na nichil valet q̄r om̄s muneri pares et impares sunt excessi hoc ē quilibet exceditur. Tamen ex hoc nō sequitur q̄r aliquis de terminatus numerus excedat omnes numeros.

Tertio dictū est. viii. phi. a philosopho et. S. T. lec. xi. q̄ aliquid primo mouet seipsum. Luius oppositum dicitur in prima ratione. Item arguitur illo dato adhuc nō demonstratur q̄r deus sit sed solum q̄r est deuenire ad aliquod primum mouens: et illud non est deus sed angelus vel intelligentia alia a deo immobilitis per se et per accidens sicut videtur dicere Comen. Et dato q̄r non diceret oppositum nō potest demonstrari. Item quando percutitur aliquā continuum tunc videtur processus in infinitum in mouentibus quia pars percussa mouet aliam et sic consequenter. Item secundū algazelem sunt infinitae anime rationales et quando lapis proiecitur in aqua videntur ibi in infinitum causari circuli et quādo lignū calefit per partes p̄portionabiles tūcyna calefacit aliam in infinitum procedendo.

Quarto dicit pe. de alyaco q̄ processus phi potest impediri q̄r proterius diceret q̄r nichil mouet vt zeno. Secundo diceretur q̄ aliquid mouet seipm̄ vt aqua ad replendū vacuum. Tercio diceretur q̄r phūs non probat quin deus sit mobilis licet nō mouatur. Si enim secundum eum deus est in oriente tantum quare nō potest ire ad polum antarticum. Item dicetur q̄r primus motor mouetur nec inconvenit esse circulationem in diuerso genere cause.

Ite q̄r non sit procedere in infinitum hoc solum est verum in causis essentialiter ordinatis. Sed nō est evidens q̄r aliquae sint cause essentialiter ordinatae et dato q̄r hoc esset evidens / tamen multi dicunt q. iiiij.